Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Ille Troys in dardania regnavit et troyam condidit

Trois



Anchises ex dea venere secundum errorem gentilium genuit Eneam, qui in ytalia regnavit ut patuit /

Anchises

Laomedon rex troye occiditur et Exiona filia eius capitur et ducitur in greciam propter que bella grauissima secuta sunt, et mala horrendissima

laomedon



Troia regio minoris asie in qua ylion fuit ciuitas clarissima / Nonnumquam vero pro ipsa urbe troya ponitur. Et secundum homerum omnium que sub sole ac stellifero celo sunt urbium quidem insignissima est troya / Nunc autem ingens Troya totius asie columen ita extincta est, ut vix vestigium aliquod appareat / quod Ouidius inquit Iam seges est ubi troya fuit / Similiter virgilius / Campus ubi Troya fuit / Cum ea exusta lapides et queque alia inde ablata sunt / Talis finis humanarum rerum / Tros autem Erichthonii regis filius Anno quadragesimo iudicis Aioth iam veteranus dardaniam veniens Troyam condidit. vir armorum peritissimus / ampliato regno ex suo nomine regionem que prius dardania dicebatur Troya appellavit / Dardanus enim fuit ex Ioue et electra filia athlantis genitus / is ad phrigiam deuenit quam dardaniam nominavit / Ex quo natus Erichthonius ex eo tros qui iusticia et pietate laudabilis fuit: hic ut memoria sui nominis faceret Troyam appellari iussit / qui duos habuit filios Ilion Assaracumque / primus maior natu regnans Troiam de suo nomine Ilium nominavit / filio laomedon fuit, hic filius ex quo Priamus natus est, is Troyam post sua prima diruptionem reformavit et exornavit / ita urbem magna et ampliora menia ac propugnacula ex lapidibus marmoreis cum muro altissimo extruxit et munitissimam reddidit / multitudineque militum esse fecit ne pignoratiam opprimerent, ut prius tempore laomedontis oppressa fuit / Regiam quoque edificavit et Iouis statuam et aram consecravit / Illic sex portas fecit / quarum hec sunt nomina / Anthenoidas / Ilia / Scea / Thymbria / Dardanides / Troyana / Per medium ciuitatis fluvius xanthus decurrebat / Simois quoque fluvius ex Ida troiano monte scaturiens iuxta Troiam decurrebat / qui cum mari appropinquat xanto coniungitur / Et in paludem coactus iuxta Sigeum promontorium in mare descendit / Priamus autem ex hecuba uxore hos habuit liberos / hectorem primo natum / Alexandrum: Deiphebum / helenum / Troylum: Andromacham / Cassandram: polixenam / Pugnatum est deinde cum troianis per grecos annis decem et mensibus sex / Primo Esebon iudicis Anno / ut causam dicunt / Cum Alexander qui Paris dictus est in Ida silva cum venatum abisset in somnis Mercurium ad ...

Troya